

- « facultas adest, et fortem exercitum ignavo se purget. ^(a) com-
 « plurima seivissima flumina transeunda nobis sunt, per que redeun-
 « tibus sola victoria vadum faciet. salvis hostibus regredi ^(b) non
 « possumus; itaque nullus iam de his que relinquimus respectus
 5 « habeatur. illic patria, illic domus, illic universe res nostre, quas ^(c)
 « ius belli et certa victoria possidendas nobis dabit. vadimus in
 « opulentum et iandiu hostibus intactum agrum, quem fortuna vir-
 « tuti nostre hactenus servavit. eum et amplissimas urbes, do-
 « minum suum perosas, vestro ^(d) dabit arbitrio. forti igitur et alacri
 10 « animo estote, nec vanum vobis, ut timidus quibusdam evenire
 « sensi ^(e), ex delecta paucitate nostra aut numerosa hostium mul-
 « titudine metum confingite ^(f). satis enim superque satis numero
 « sumus ad subiciendum nobis totius orbis imperium, si aut viri-
 « liter vivere aut mori volumus gloriose. hostium vero quo maior
 15 « multitudo, eo paratior vinci est ^(g). ego nec iners adero, nec indu-
 « striam, quam diuturna experientia assecutus sum, inutilem sinam,
 « et certum quidem habeo me cum hoc milite prorsus victurum.
 « tu tibi persuade, me duce, vinci te non posse ».

- Forti hac oratione ducis confirmatis militum animis, quod alacri
 20 clamore testati sunt, continuo castra loco moverunt, edicto ^(h) prius
 ne cui incendio uti in agris hostium liceret, neve quis agrestem,
 nisi ⁽ⁱ⁾ stipendiis ascriptus esset, captivum ageret. hoc enim pacto
 sperabant se commeatum et cetera que ad victum ^(k) necessaria
 essent a colonis facile impetraturos, habiturosque eos propitios
 25 si quid leti fortuna ostendisset. protinus igitur ad Mintium ^(l) ⁽¹⁾,
 fluvium placidum, veniunt; quem transgressis, offert se hostium
 exercitus, numero longe maior, sed animo et virtute plurimum,

Quindi vietati in-
 cendi e ruberie a
 danno de' paesani,
 e ordinato che non
 menassero prigioni
 fra i non combat-
 tenti - e ciò per
 aver favorevoli gli
 abitanti ed otte-
 nerne vettovaglie -
 andarono innanzi,
 e passato il Mincio
 trovarono la gente
 del Conte di Virtù,
 superiore in nu-
 mero, ma non in
 ardimento.

(a) *Mur.* quum facultas adsit... ignaro repurget (b) *BP* ingredi (c) *Mur.* qua
 (d) *T Mur.* nostro (e) *Mur.* nec fiet vobis quod de timidis-sensi. ex (f) *B G* con-
 figite *C* confingite *Mur.* confringite *P* confrangite *R Ra* confingite (g) *G om.* ho-
 stium-est (h) *B* edicto con o corr. su i *G* edocti *P* edito (i) *P Mur.* nisi qui
 (k) *BP* victoriam (l) *Codd.* Entiam *Mur.* Mintium

(1) I codici sono concordi nel leg-
 gere qui « Entiam » anziché « Min-
 « tium », ma non ci può esser dubbio
 alcuno che la vera lezione sia « Min-
 « tium », atteso che l'esercito carrarese
 non passò il Po. E poichè non pare
 verisimile che i copisti siano respon-
 sabili della cattiva lezione, è forza con-
 chiudere che l'equivoco sia dovuto al
 V. medesimo.